

caritas nūquā excidit si completatur omīs amicos ut dilatur usq; ad in-
 micos. amicos se uolentib; reddat. inimicos se nolentib; ingerat. istos teneat.
 illos acquirat. Istos oblectet. ut ex amicis non efficiant inimici. illos inuitet.
 ut fiant ex inimicis amici. Recordemur fr̄s uerborū dñi dicentis. Diligite
 inimicos ur̄os. bene facite his qui uos oderunt. & orate p̄sequentib; &
 & calumniantib; uos. Ecce dñs usq; ad inimicos iubet caritatē exten-
 di. & usq; ad p̄secutores & p̄uam cordis beniuolentiā dilatarī. Et quē mer-
 ces & qđ mirus tantorū operū dabitur p̄cepto huic obedientib; ipse
 elemonstret ase p̄p̄tam caritati mercedē. qui p̄sēm sp̄m gratis ipsā dig-
 natur infundere caritatē. ipse nobis dicat. qđ p̄ caritate redditur us sit
 dignus. qui eandē caritatē donare dignat̄ indignus. Dicat igitur dñs dicat
 & p̄prio sermone magnitudinē nobis suę p̄missionis ostendat. Ut sitis inquit
 filii patris ur̄i qui in celis est. Cū enī diligendos p̄cipere inimicos. amarū for-
 sitan erat qđ audienti iubeatur. sit quoq; dulce qđ obedienti p̄mittitur.
 Teneatur ergo dulcedinis huius in corde suauitas. & amaritudinis illius
 superabitur difficultas. Qui enī dilexerit inimicos suos. & benefecerit eis
 qui eos oderunt. filii dī erunt. Qd uero accepturi sint isti filii dī beatus ap̄tus
 enuntiat dicens. Ipse sp̄s testimoniuū reddet sp̄i nr̄o quia sumus filii dī.
 Sicut filii & heredes. heredes quidē dī. coheredes autē xp̄i. Audite igitur
 xp̄iani. audite filii dī. audite heredes dī & coheredes xp̄i. ut patet nā pos-
 sideatis hereditatē non solū amicis sed & iā inimicis impendite caritatē.
 Nulli caritas negetur quę omnib; bonis communit̄ possidetur. omīs eam simul
 habere. & ut eā magis habeatis & bonis eam & malis impendite. Possessio enī
 est bonorū ista communis. non terrena utiq; sed celestis. Et ideo nullū mea
 facit angustiari p̄sona consortis. Tantū uero augetur caritas. quantū fuerit
 imminuta cupiditas. Et illū facit caritas sēp liberū. quē non tenuerit cu-
 piditas mundana captiuū. Caritas donū dī est dicentente apto. Caritas dī dis-
 fusa est in cordibus nr̄is p̄ sp̄m sēm qui datus est nobis. Cupiditas laqueus est
 diaboli. non solū laqueus. sed & iā gladius. p̄ ipsā miseris capiti. p̄ ipsā captiuos in-
 terficiat. Caritas est radix omnū bonorū. Cupiditas radix est omnū malorū.
 cupiditas sēp cruciatur. dū rapiendo non faciat. Caritas autē sēp letatur.
 qm̄ quantū multiplicatur tantū largius erogatur. Et ideo sicut adipiscendo
 pauperascat appetitor iniquitatis. ita reddendo ditescit redditor caritatis.